

Vigesimus quintus

cum habentibus negant nocere mala medicamenta bestiamue ullā: ne solem qdē. Bibitur & hæc ex uino aduersus opium. Alligata prinatim potēs traditur potaue aduersus ranas. pericarpū bulbi gen⁹ est. Duæ eius species: cortice rubro alterū: alterū nigro papaueri simile. Sed uis maior q̄ priori: utriq; autem excalfaciendo. Ideo cōtra cicutā dantur: cōtra quā & thus & panaces & chironium præcipue. Hoc uero & cōtra fungos. Verum & generatim membratimq; singulis corporū morbis remedia subtexemus. Orfi a capite. Alopecias emendat nymphæ & cicuta radix: si una trita illinantur. polythricha distat a callitricha q̄ iuncos albos habet & folia plura maioraq;. Frutice quoq; maior ē: & defluētē capillū confirmat: & densat. Item lingulaca circa fontes nascēs: cuius radix admixta cōbusta teritur cū adipe suis nigra: id quoq; excipitur ut eius sit suis: quæ nunq; peperit. Sol subinde plurimū cōfert: illitā. Similis usus est cyclamini radice: pruriginē ueratri radix tollit in oleo decocta uel in aqua Capitis dolori medetur panacis oīum generū radix in oleo contrita. Aristolochia & hiberis adalligata hora: uel diutius si pati possit comitāte balnei usu. Medetur & daucum. purgat autem cyclaminos cū melle in nares addita: & ulcera capitis sanat illita. Medetur & peristereos. Cacalia siue leontice uocatur semen margaritis minutis simile dependens inter folia grandia in mōtib; fere. Huius granaxi. in oleo maceratur: atq; ita aduerso capillo caput ungitur. Fit & ex callitriche stemutamētū. Folia sunt lēticulæ similia. Caules iuncis tenuissimis: radice minima. Nascitur in opacis & humidis: gustatu feruēs. Hyssopum in oleo contritū phthiriasi resistit & prurigini in capite. Est autē optimū cilicium e tauro monte. Dein pamphyliū: & smyrnæum. Stomacho contrariū. purgat cum fico sumptū per inferna: cū melle uomitionibus. putant & serpentiū ictibus aduersari tritū cū melle & sale & cumino. Lonchiris nō (ut pleriq; existimauerunt) eadem est quæ xyphion: aut phasganion q̄q; cuspidi similis semine. Habet enim folia porri rubentia ad radicem & pluraquā in caule capitula personis comicis similia paruā exerentibus linguam radicibus prælongis. Nascitur in sitientibus. E diuerso xiphion: & phasganion in humidis: cū primum exit: gladii præbet speciem caule duum cubitorum: radice ad nucis auellanæ figuram simbriata: quam effodi ante messes oportet: sicari in umbra. Superior pars eius cū thure trita æquo pondere admixto uino: ossa fracta e capite extrahit: aut si qd in corpore suppurat: uel si calcata sunt ossa. Serpentis eadem cōtra uenena efficax. Caput in dolore ueratro in oleo uel rosaceo decocto tritoq; ungi cōuenit. Peucedano ex oleo uel rosaceo & aceto: Tepidū hoc pdest & doloribus q̄ plerunq; ex dimidia parte capitis sentiuntur. & uertigini. perungūt & radice eius sudoris cā eliciedi: quoniā caustica uis ei est. Psyllion alii cynoides: alii crystalion: alii siceliō: alii cynomyain appellant: radice tenui: superuacua: sarmentosum: fabæ granis in cacuminib;: foliis canino capiti nō dissimilibus: semine aut pullici: unde & nomen hoc in baccis. Ipsa hæba in uineis inuenit. Vis ei ad refrigerandū & discutiendū ingens. Semen in usu. Fronti imponit in dolore & tēporibus: ex aceto & rosaceo: aut posca. Ad cætera illinitur acetabuli mensura sextario aquæ densat ac cōtrahit. Tunc tere re oportet: & crassitudinem illinere cuicunq; dolori & collectioni inflammationiq;. Et uulneribus capitis medetur aristolochia: fracta extrahens ossa & in alia quidē parte corporis: sed maxime e capite. Similiter plystolochia.

Aristolochia
 Xiphion
 Psyllion
 Cynomyain
 Siceliō
 Crystalion
 Cynoides

Coronopodi.
dios.

De thysselio: & centaurea: & chelidonia: & panace: & hyoscyamo: & euphorbio.

Hyssellium est nō dissimile apio. Huius radix cōmanducata purgat capitis pituitas. Oculorum aciem centauro maiore putant adiuuari: si addita aqua foueantur. Succo uero minoris cū melle culices nubeculas obscuritatem discuti: cicatrices extenuari. Albugines quidē etiam iumentorum siderit. Jam chelidonia supradictis omnibus mire medetur. panacis radicem cum polenta epiphoris imponitur. Hyoscyami semen bibunt: obolo tantundā meconii adiciētes: uinūq; ad epiphoras inhibendas. Adiungunt & gentianæ succū: quem collyriis acrioribus p meconio miscent. Facit claritatem & euphorbium inūctis. Instillatur plantaginis succus lippitudini. Caligines aristolochia discutit. Iberis adalligata capiti cū quinq; folio epiphoras: & si qua in oculis uitia sūt: emendat. Verbascum epiphoris imponitur. peristereos ex rosaceo uel aceto. Ad hypochysis & caliginē cyclami non in pastillos diluunt. peucedani succū ut diximus ad claritatem & caligines cū meconio & rosaceo. psyllion illitam fronti epiphoras suspendit.

Thysseli-
non

De anagallide siue acoro: & mādragora: siue circelo: & cicuta: & cremno agrio: & molibdena: & capno: & alia: & acoro: & iride: & cotiledo: & aizoo: & andrachne: & erigero: et de ephemero: et delabro: Veneris: et de ramicolo medicina: et de oris uitis.

Cap. xi.

Anagallida aliqui corchoron uocāt. Duo genera eius. Mas flore phœniceo: fœmina ceruleo: nō altiores palmo: frutice tenero: foliis pusillis: rotundis: in terra iacentibus: nascuntur in hortis et aquosis. prior floret cerulea. Vtriusq; succus oculorum caliginē discutit cum melle: et ex ictu cruorē et argema rubēs: magis cū attico melle inūctis. pupillas dilatat: et ideo hoc in